Joan. de turre cre. ſup primo volu. Cauſarũ.

Cõmentaria reuerendi in chriſto

patris domini Joannis de turre cremata ordinis fratrum predicatorũ: Sabinenſis epiſcopi: ſacroſancte Romane eccleſie preſbyteri Cardinalis meritiſſimi tituli ſancte Marie trans Tyberim: vulgo dicti ſancti Sixti: Juris pontificij: ac ſacre Theologie Interpretis acutiſſimi: ſup primo volumine Cauſarũ: haud ſine exactiſſimo labore recognita per Juris vtriuſq; famoſiſſimũ profeſſorem dñm Nicolaum boherium: regium conſiliariũ: et ſenatus burdegalenſis preſidem: qui additiones edidit: et ſummaria añ capitula: et paragraphos apponi curauit.

Num. 49.



Caj. 1. num 42. 27

Cum gratia et priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

¶ Reuerendi in Chriſto patris dñi Joãnis de Turre cre-mata: ordinis fratrum predicatorũ: Sabinenſis epĩ: ac ſacroſancte romane eccĺie pͣſbyteri cardinalis: Tituli ſancte Marie trans Tyberim: vulgo dicti Cardinalis ſancti Sixti cõmẽtaria ſup libꝛũ cauſaꝝ dñi Gratiani feliciter incipiuntur.

O commẽdationez doctrine tradite per venerabilem patrem magiſtrũ gratianũ in hac decreti parte: que cauſarum intitulatur: quam nos ſub confidentia diuini adiutoꝛij[a] exponendum aggredimur occurrit verbum illud canticorum. 4. Collum tuum ſicut turris dauid: que edificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea omnis armatura foꝛtium. Tanta profecto eſt donoꝛum excellentia et gratiarum ac priuilegioꝛum pꝛerogatiua: quibus vniuerſalis mater eccleſia in diuerſis ſuis membꝛis eſt dotata diuinitus: et tam admirabilis oꝛdinis venuſtate ſapienter diſpoſita: tanta denique varietate pulcherrime circumamicta: vt pꝛo ſermõis copia et excellẽtiã dignitatis eius vnico non poſſit. ſed multis neceſſe fuerit explicari nominibus. Hinc diuina ſcriptura de ea loquens multis eam comparaſſe rebus perhibet: nũc vinee: nunc naui: nunc ſagene: nunc domui: nunc ciuitati: nũc tabernaculo: nũc tẽplo: nũc oꝛto cõcluſo: nunc fonti ſignato: nunc colũbã vocat: nũc amicã: nunc vero ſponſam appellat. Pꝛo cuius ſpõſe dignitatis excellẽtia plenius declarãda ſapiẽtiſſimus ſalomõ mẽbꝛa eius a capite vſque ad pedes ſtudioſiſſime deſcribere curauit illa myſticis noĩbus ſubtiliſſime ac ſapiẽtiſſime de capite eni eiꝰ loquẽs ait can. v. Caput eius aurum optimum. glo. caput. i. xpͥs: qui eſt caput coꝛpoꝛis eccleſie. dicẽte apoſtolo ad ephe. iiij. ipſum ſcꝫ chꝛiſtũ dedit ſcꝫ pater caput ſuper omnem eccleſiam: que eſt coꝛpus eius. Caput hoc dicitur aurum quia ſapientia plenum. ad colo. ij. in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientie et ſcientie dei abſconditi. Et dicitur optimum: quia pꝛe omnibus fulgẽtiſſimũ. Eſt eni ſpecioſus foꝛma pꝛe filijs hoĩuꝫ. ps. xliiij. Et gregoꝛius aurũ optimum dꝛ qꝛ ad compꝛationez creatoꝛis omnis creatura viliſſima eſſe ppenditur. ab hoc capite regimen et pꝛouidẽtia ſenſus et motus fidei omnibus eiuſdez coꝛpoꝛis membꝛis trãſfundit. ſcꝫ illud Jo. i. oẽs de plenitudine eius accepimus. Cõſequẽter de eiuſdẽ ſpõſe collo loquẽs idẽ ſapiẽtiſſimus ſalomon ita ait. canti. i. Collũ tuũ ſicut monilia. collũ ſpõſe. i. eccleſie ipſius eccleſie doctoꝛes ſunt. qꝛ ſicut p collũ vox emittit: et mẽtiũ archana foꝛas declarãtur: et cibus in coꝛpus traijcit ſic p eccleſie doctoꝛes veritatis cognitio pfert: et diuinoꝛ ſecretoꝛũ noticia aperit: cibuſque ſalutaris doctrine in mẽbꝛa totius coꝛpoꝛis reficiẽda tranſfundit. q ideo ſicut monilia q ſunt pectoꝛis oꝛnamẽta deſcribit. qꝛ in monilibus gemme in auro ponuntur: p aurũ ſapientia per lapides opera virtutum exprimunt. dicuntur ergo ſicut monilia: qꝛ eccleſie doctoꝛes interius ſe ſapientia induunt: et exterius virtutũ opera exercent. et ita caſte doctrine gẽmis eſt virtutum oꝛnamẽtis decoꝛati pectus eccleſie oꝛnãt: et claudũt: ne adulter. i. diabolus manũ inferat tẽtationis. puer. pꝛimo. habet gratia capiti tuo: et toꝛques collo tuo. Mira pfecto in hac re diuine pꝛouidentie diſpenſatio demonſtrat. Sane quẽadmodum ad mundialis coꝛpoꝛis machine illuminationẽ in celo certa luminaria poſuit. Gen. i. ſic ad hoĩum in credẽdis et agendis illuſtrandas mentes quoſdã ampliori ſciẽtie claritate repletos: p quos diuinitatis ſue archana hominibus reuelaret miſericoꝛditer pꝛouidit: qbꝰ ait Math. v. inquit. vos eſtis lux mũdi. et Eſai. xlij. dedi te in lucẽ gentiũ. Et apoſtolus ad Phil. ij. lucetis ſicut luminaria in mũdo. inter alios egregios et pͣclaros eccleſie doctoꝛes qui ſapientia: et doctrina: ac virtutibus claruerunt et p quos diuinitas ſue ſapientie archana hominibus cõmunicare dignata eſt: fuit venerabilis pꝛ magiſter gratianus ſapientia et doctrina ac religiõe clariſſimus: per quem tanꝗ p collum ſiue organũ credit ſpiritusſanctus qui eccleſie coꝛpus animat viuificat: perficit atque illuſtrat plurima fidelibus in hoc decretoꝛũ volumine: et magine in tractatu cauſarũ effundiſſe documenta pꝛeſtantiſſime vtilitatis ad fidẽ catholicam: ad religioſos moꝛes et ad felix reipublice regimen: ad lites dirimendas: ad perfidos veritatis confundendos: ad pacem populi cõponendã: et ad eternam cõſequẽdam beatitudinem magine opitulantia. vt merito de huius venerabilis magiſtri gratiani doctrina in hoc cauſaꝝ tractatu contenta dicere poſſimus verbum in pꝛin. ſumptum. ſcꝫ. Collum tuum ſicut turris dauid. ec. In quibus quidem verbis ſcientia decretoꝛum in hoc cauſaꝝ tractatu contenta cõmendatur quadruplicater. pꝛimo vt eminentiſſime auctoꝛitatis: ibi cum dr: collum tuum. vt etiam ſcdo altiſſime dignitatis ibi: ſicut turris dauid. tertio vt decentiſſime venuſtatis ibi: que edificata eſt. quarto vt ampliſſime vtilitatis ibi: mille clypei pendent ec. ¶ Cõmendatur in pꝛimis hec ſcĩa decretoꝝ in hoc cauſaꝝ tractatu contenta: vt eminentiſſime auctoꝛitatis cum dr: collum tuũ. In collo aũt loquentis intelligitur ipſe ſpũs loquens a quo pꝛincipaliter vox ipſa doctrine foꝛmatur: et fiſtula colli p quam ſicut per organum egredit. Et ita duplex in verbo pꝛopoſito multiplicatur cã efficiens huius ſapientie. pꝛimaria ſcꝫ: et pꝛincipalis. videlicet ſpiritusſanctus qui loquutus eſt per oꝛa ſanctoꝝ patrũ: et doctoꝛum ſpiritu enim ſancto inquit apoſtoloꝝ pꝛinceps loquuti ſunt ſancti dei homines. ij. petri pꝛimo. Et beatus Jſidoꝛus in. c. hoc ipſum. xxxiij. q. ij. ait. Hoc ipſum non electione pꝛopꝛij arbitrij ſancti patres ſed potius ex ſententia diuini iudicij ſanxerunt. Hinc ſacri canones: et ſacratiſſime leges: que p oꝛa pꝛincipum a lege eterna deriuate emanarunt: ex quibus conſtatus eſt liber decretoꝛum irrefragabilis cenſet auctoꝛitatis vnde de canonũ auctoꝛitate beatus gregoꝛius in. c. ſicut di. xv. ita ait. Sicut ſancti euãgelij. iiij. libꝛos: ſic quatuoꝛ cõcilia ſuſcipere et venerari me fateoꝛ. Et itẽ pꝛoteſtat Juſtinianus imperatoꝛ in auf. de eccle. titu. de firmitate et auctoꝛitate ſanctionũ apoſtolice ſedis agatho papa in. c. ſic omnes. di. xix. Jta loquitur. Omnes apoſtolice ſedis ſanctiones accipiẽde ſunt: tanꝗ ipſius Petri diuina voce firmate. quo circa iuſtiſſime vt beatiſſimus Damaſus papa ait in. c. violatoꝛes. xxv. q. i. violatoꝛes canonum grauiter a ſanctis patribus iudicant: et a ſpũ ſancto cuius inſtinctu ac dono dicati ſunt damnantur. De legum imperialium[b] que euangelicis ac canonicis decretis non obuiant auctoꝛitate qͣliter oĩum reuerentia digne habende ſint di. x. per totum habet. Cauſa efficiẽs inſtrumẽtalis huius tractatus fuit venerabilis magiſter gratianus quẽ in vtroque iure diuino pariter et humano eruditiſſimũ fuiſſe ipſum decretoꝝ aureũ volumen: in quo tantarũ admirandarũ rerum diuinarum pariter et humanaꝝ ſapientia continet: luce clara demonſtrat: p quem tanꝗ per collũ ſpũs ſanctus creditur fuiſſe locutus. vt ipſe magiſter poſſet in veritate dicere illud. ij. Regũ. iij. Spiritus domini loquutus eſt p me. et illud. ps. xliiij. Lingua mea calamus ſcribe. gl. ſpiritus ſancti ¶ Secundo cõmendatur hec ſcientia in verbis pꝛopoſitis vt altiſſime dignitatis cum dr: ſicut turris dauid. Comparat aũt hec ſcientia turri pꝛopter tria in qbus eius nobilitas demonſtrat. Pꝛimo quia hꝫ inſtar turris altitudinẽ admirabilis ſpeculationis: et hoc ratiõe materie de qua loquitur. Tractat eni de multis et varijs altiſſimis et difficilibus rebus. hic enim innumere ſunt auctoꝛitates ſacre ſcripture et myſteria figuraꝝ. Hic latiſſimus ſacroꝝ canonum campus. Hic ampliſſimus imperialiũ legum cumulus. hic plurimoꝝ doctoꝝ admirande ſnĩe: in quibus pꝛofecto magna latet altitudo ſapientie: vt etiã mentes ſublimiũ admiratione ſuſpendat: vt congrue dicere poſſet: ego in altiſſimis ſcꝫ contemplatione habito. eccle. xxiiij. ¶ Scdo in hoc cauſaꝝ tractatu contenta ſapientia hꝫ inſtar turris inobliquabilem rectitudinem in diſpenſatione iudicioꝝ. Nã non declinans ad dextrã nec ad ſiniſtrum oĩa recto oꝛdine ac iuſtiſſime docet diffiniri Tractat quidem potiſſime de in omnibus tenenda iuſtitia. cuius pꝛimũ eſt teſte beato Jſidoꝛo. timere deũ: religionẽ venerari: honoꝛem deferre parentibus: patriã diligere: cunctis pꝛodeſſe: nulli nocere: ſupꝛeme caritatis vincula amplecti: bonũ accepti neceſſitudinẽ repẽdere: equitatẽ in iudicio ſeruare: vt merito huic ſcientie ratione ſue inobliquabilis rectitudinis aptari poſſit. qꝺ idẽ iſidoꝛus ſacrã ſcripturã cõmẽdãs ait dicens. Tu es que a recto tramite nunꝗ diſcedis. Tu a veritate nunꝗ auerteris. tu via virtutis. tu inuentrix bonoꝛum operũ. p te cunctis viuendi regula dat. Si quid diſtoꝛtũ tu corrigis: ſi quid corrigendum: tu emendas. Quo circa magiſtro gratiano compilatoꝛi decreti cõuenire optime poteſt illud canti. vij. Collum tuũ ſicut turris eburnea. Ebur eni candidum eſt et rubicũdũ et ſolidum ſiue firmuꝫ. Sic turris huius ſapientie eſt candida pꝛopter puritatẽ veritatis. Rubicunda pꝛopter oꝛdinẽ caritatis. Solida pꝛopter firmitatem ſiue ſtabilitatis. ¶ Secundo inſtar turris hꝫ hec ſapientia foꝛtitudinem inſupꝛabilis pꝛotectionis. Eos enim qui ad eam

a ¶ Diuini adiutoꝛij. Inuocatio diuini noĩs ſp fieri dꝫ. xxxiij. di. in noĩe. et ibi abb. archidi. et Jo. de Turre cremata. et. xxvi. q. v. non lꝫ. i. q. i. cũ pauꝰ. xxv. q. vij. nõ obſeruetꝫ. barto. et bal. in pꝛĩa cõſtitutiõe ffoꝝ. in pꝛĩ. de offi. pꝛfec. apꝛhel. l. i. noĩe dñi i auf. de qꝺ. in pꝛin. col. vi. bal. in pꝛ hc. qͣrti libꝛi codicis et in. c. cum terra. et. c. cũ vniuerſis. de elec. et ibi pꝛuſcre pe. de anch. et ſpe. i ti. de adno. ꝑ. vj. vñ. ſuppoſitis. et de inſtru. edi. ꝑ. ij. v. aũ dica et in cle. i. ꝑ. nos. et ibi card. zaba. xxvij. not. de iureiur. Feli. in. c. i. v. ſꝫ ex nõ ſit de eſſentia. de fide inſtru. do. Jaſon i ad di. ad chꝛiſtopho. rum poꝛ. in pꝛ.

Jſidoꝛus.

Gregoꝛius.

Juſtinianꝰ.

Damaſus.

b ¶ Legũ imperialium. Adde pet. de ancha. i c. i. in. xiij. de teſta. archi. in. c. lege. ſpatoꝝ. in. xij. ubi Jo. de turre cre. x. di.

Jſidoꝛus.

De rebus vero. §.eſt: in quo magiſter Gratianus ponit vnum caſum: in quo epiſcopus poteſt teſtari: ſcilicet cum de ſuis proprijs tantūdem recompenſet eccleſie. pro quo inducit capitulum ſequens.

1 ☞ Alienatio facta contra formam iuris non valet.

Si epiſcopus. Hoc capl'm ex concilio agathen. ſumptum eſt. Summa patet in rubro. Breue eſt. Lege textum. ¶ [Si epiſcopus aliter non valebit] niſi hoc faceret authoritate pape. 3.e.q. quia. vel forte cōſenſu ſuorum clericorum: vel niſi inſtitueret eccleſiam heredē: et ipſe vellet adire hereditatem. Hu. [niſi tantūdem] ſubaudi et niſi clerici vellet habere ratum qđ factum eſt. Nam nec in hoc modo valeret te-

Exponit literam.

1 ſtamentū: niſi eccleſia vellet habere ratum teſtamentū. † Nam alienatio facta contra formā iuris non valet. Si ergo eccleſia videt talem recōpenſationem expedire eccleſie poteſt habere ratum: qđ factum eſt. 3.e.q.ij. ſi qua de rebus. vel intelligitur in eo caſu: quādo preceſſit ꝯſenſus clericoꝝ de tali cōmutatione facienda: vt diſtinctū eſt. 3.e.q.ij. ſi qs qualibet. Hug. Et ſic videtur ſentire gloſ. in allegādo hoc capl'm.

Sed ſi epiſcopus. Hic incipit ſecūda pars queſtionis: in qua magiſter Gratianus determinat quid iuris quādo eps̄ diſcedit ab inteſtato: dicens. ꝙ ſi eps̄ inteſtatus deceditꝫ nullos habēs cōſanguineos: qui ei ſuccedāt omnia bona ſua ſibi vēdicabit eccleſia. Et inducit ad hoc duo ſequentia capitula.

Si cubi. Hoc.c. qđ inducitur ad prefatū propoſitum ſumptū eſt ex ꝯcilio taraconeñ. Summa eſt in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima precipit vt omnia bona epiſcopi inteſtati debeāt per preſbyteros et diacones ſcribi. In ſecūda ꝙ nullus de illis bonis preſumat aliquid tollere. qđ ſi qs cōtrafecerit ſm̄ tenorem furti tenebitur. ſecunda ibi: ita tamen. Lege tex. ¶ [Sicubi epiſcopus] vel alius clericus. Hu. [conſcriptio] .i. inuentarium. vt. 3.q.ij. caritatem. Hu. Archi. [ita tamen] ſecunda pars. [ſcḋm tenorem furti] manifeſti. Nā gra-

Diuiſio.

Exponit literam.

uius punitur manifeſtū: qꝛ in quadruplum: ſed nō manifeſtū in duplum. inſti. de obli. que ex delic. naſcūtur. §. pena. Archi.

1 ☞ Clerici an poſſint facere teſtamentum.

Quicūqꝫ. Ad idem eſt hoc.c. ex concilio tribuneñ. ſumptū. Summa eſt ꝙ clerico ab inteſtato et ſine cognatione decedēti eccleſia decedit. Breue eſt. Lege tex. ¶ [Quicūqꝫ] intellige de illis quibus licitum eſt habere proprium. Hu. [ſine cognatione] que poſſit ſuccedere ab inteſtato. Et intellige cognatione vſqꝫ ad ſeptimū gradum per hoc intelligitur capitulum illud. 3.e.q.iij. quicūqꝫ. tunc enim inordinatum remanet: qđ eſt clerici cum ſine teſtamēto et ſine cognatione decedat. Hu. [deſeruiunt] vltimo loco. Hug. [de

Exponit literam.

1 ſanctimonialibus.] † Surgit hic queſtio nunquid poſſint cōdere teſtamentum. Et videtur ꝙ ſic ex preſenti tex. Sed dicēdum ꝙ nō: vt ſuperius in principio queſtionis quinte determinauimus in ꝯcluſione quarta. Et ad capitulū iſtud reſpondetur ꝙ loquitur de quibuſdam monialibus: quales ſunt in terra theutonica: que proprijs non abrenuntiant: et ſicut clerici ſeculares propria habent: et ſingulariter viuūt: nec ſunt monache ſed moniales et canonice ſeculares: et tales poſſunt condere teſtamentum. Hu. He ſunt de quibus loquitur hoc.c. et c. virgines. xxvij. q.i. ſm̄ Hug. et Archidia. et c. dilecta. de maioritate et obe. et ibi de hoc in gloſ. vlti.

Queſtio. Rn̄det.

¶ Finis primi voluminis ſuper cauſis.

¶ Lugduni Joannes de Jonuelle dictus Piſton Anno domini milleſimo quingenteſimo vndecimo: menſe Octobri imprimebat.

Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee. Omnes ſunt quaterniones excepto Ee quinternione.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA